

- c. Oct. Nov. Nepe Aistulfus rex (Azzonem) S. Vincentii (Vulturvensis) et (Optatum) S. Benedicti (Casinensis) abbates, legatos Stephani III. papae, pacem postulantes suscipiens et omnino contemptui habens, eorum spernit munera, re infecta eos remittit. Lib. pont. II, 90.
- Nov. In Reate. Eudo monachus monasterii S. Salvatoris vendit cum consensu Adroaldi abbatis Fulcoaldo abbati monasterii S. Mariae (Farfensis) 'casalem qui dicitur Longitia. Regn. d. n. Haistulfo . . a. regni IV. et v. m. Probati gast. civ. Reat. . . per ind. VI'. Reg. Farf. 38; Galletti, Gabio p. 101 n.; Troya 667. 241
- Dec. Rosito. Scauniperga et Liutprand 'summi ducibus g. L. per rogum Radoald marepahis' confirmant mulierem Cundam cum filia sua Liuperga per quartam manum 'witrepura in gahida et gisel fulfreale' constitutam esse. Reg. S. Soph. Ben. III, 26; Ughelli X, 465; Assemani II, 586; Troya 669. 242
753. Ind. 6—Spt. 1—7; Aistulfi a. 4—Iul. 3—5.
- Febr. Spoleti. Rotharius abbas una cum coniuge sua Hitta monacha et cum filiis suis donat monasterio S. Mariae (Farfensi) 'olivas tallias 15 in loco qui vocatur Mussinus. Regn. d. n. Haistulfo a. IV. . . , per ind. V'. (Aut 'a. regni III' legendum et charta anno 752. tribuenda, aut 'ind. VI.' legendum est). Reg. Farf. 37; Fatteschi p. 265 no. 11; Troya 657. 243
- *Mart. In civitate Cremone. Aripandus una cum Walderata coniuge et filiis suis, qui professi sunt ex natione sua lege vivere Langobardorum, donant monasterio SS. apostolorum Nonantulano omnes res suas. 'Agistulfus Dei nutu imperator augustus anno imperii eius IV . . ind. VII'. Ex apogr. s. XI. arch. Nonant. ed. Tiraboschi, Nonant. II, 19; Troya 673; Hist. patr. mon. XIII, 14. Charta spuria. 244
- Mart. 25. Luca. Pertifuns dat Walprando episcopo (Lucensi) pro pretio casae emptae, quod eidem debebat, 'una torre de auro fabrita' et casam cum hominibus et rebus appertinentibus et praedium suum 'in loco Tucciano et Lusciano'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 29 no. 46; Troya 675. 245
- Apr. In Reate. Miccio cum filiis suis donat ecclesiae S. Mariae 'in casale qui vocatur Taurianus' aedificatae substantiam suam in Casa Victoris sitam. 'Regn. Haistolfo . . a. regni IV. et v. m. Probato gast. civ. Reat. . . per ind. VI'. Reg. Farf. 40; Troya 676. 246
- Aug. In Reate. Teuto episcopus, Probatus et Preco gastaldus, Adualdus sculdahisius, Goderisius actionarius alique iudicatum faciunt inter Fulcoaldum abbatem (Farfensem) et Maurum de casali Turruniano, quod Fulcoaldo, praecepto